



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIX. De Adjectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

l. 5. §. 1. Si usufruct. pet. & pro non ad-
jecto habetur l. 20. placuit 29. de usur.)

Unde additio, vel additamentum, quod venit ad interpretationem legis, vel statuti, aut alterius dispositionis, debet intelligi in casibus, in quibus loquitur statutum interpretatum, ut per Alex. *conf. 13. Circa primum. nu. 13. vers. præterea. lib. 3.* subditque quod ipsa additio interpretativa facta statuto antiquo, est repetitiva, & influit etiam in statuto novo facto in additionem antiqui.

Limita, nisi additamentum repugnet substantiæ rei, cui adjicitur, quia tunc potius destruit, ut de pacto de non revocando in causa mortis, de conventionem in prætoriam stipulationem, & similibus, quæ inducunt novam dispositionem, & novam substantiam, quia sibi non communicant, nec invicem compatiuntur. (Additum enim si diversæ formæ, facit rem desinere esse talem. Exemplum elegans in *cap. 1. extra de consec. Eccles. & altar. Oldrad. consil. 172. in princ. n. 5.* quem refert Cardin. Tusch. *de concl. 182. n. 13.* (Similem observationem proponit Bart. & Alex. *ad l. 6. d. 1. & I. item Bart. ad l. 1. de Ed. & l. 3. C. eod.* In Additionalibus libellis ubi ostendunt, quod additio scilicet substantialis ad libellum, novum faciat libellum & novam instantiam. Ang. in *l. 1. §. si stipulanti de V. O.*

CAP. XXVIII.

De Ademptione,

Axioma I.

Quod iterum ademptum nunquam videtur datum. *l. 14. in fin. pr. de leg. 1.*

II.

Si cui plus ademptum videtur, quam datum, id ademptum videtur, quod datum est. *l. 35. §. 5. de adim. leg. l. 7. §. 2. de lib. leg. l. 1. §. 4. & 5. de V. O.* Ratio est, quoniam summæ majori semper inest minor. *l. 110. pr. de R. 1.*

III.

Ademptum uni applicatur alteri, in cuius favorem fit ademptio, textus in *l. 9. vers. quorum commodo. C. de suis. & leg. l. penult. C. de legat.*

Limita tamen hanc regulam quod procedat tantum in dispositione juris, secus in dispositione hominis. Jac. *de Belvis. ad N. 22. c. 23. quem citat. & seq. Bart. ad l. 39. al. 41. §. heres de leg. 3. Aret. conf. 67. col. 3. vers. venio ad secund. R. sing. 697.*

IV.

Quidquid contra naturam rei adimitur, pro non adempto habetur. *l. 1. §. 1. Si usufruct. pet.*

CAP. XXIX.

De Adjectione.

Axioma I.

Adjectio non semper augeat dispositionem, sed aliquando minuit: ut elegans exemplum occurrit in *l. penult. de Servit. præd. rust. ubi Bald. ratio in l. 4. in fin. eod.*

II.

Adjectione res immutatur. textus in *elem. 2. de Elect. & l. 6. de I. & I.* quod tamen de adjectione aliqua substantiali non accidentali est accipiendum. Bart. & Alex. *ad d. l. 6. vid. sup. de additamento.*

III.

Adjectio declarat dictum. Elegans exemplum in *l. interdum 13. pr. de hered. Instit. ubi Bald. n. 2.*

IV.

Illicite adjectum pro non adjecto habetur. *l. 29. de usucap. vide supra de Additamento.*

V.

Adjectio in continenti facta nil immutat circa prius disposita. *l. sed et si adjiciatur 13. pro Soc. l. species 15. de aur. & argent. Everhard. in top. in loc. ab Emr. ad cens. num. 8.*

CAP. XXX.

De Adjectivo,

Quando præcedunt duo substantiva adjectivum sequens utrumque determinat, *l. 13. ubi Bart. ff. quod met. causa.*

Excipe nisi adjectivum non possit prædicari de utroque substantivo, tunc enim positum post plura substantiva ad illa tantum refertur, ad quæ referri potest, salva ratione recti sermonis. *l. Plautius 8. de aur. & arg. leg. Durant. de art. test. tit. 6. caut. 50. Bart. d. loc. Gotthofred. ad d. l. 8.*

CAP.